



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 32. Præcipit carnalium appetituum Mortificationem, & salutare sui odium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

a Abisag, *b* Abigael, *c* Iahel, *d* Hester, *e* Debora, *g* Iudith,

f Gratia divina, implevit pia viscera cordis,
Qua plenā, Gabriel divino affatus ab ore est,
Semper Honos, Nomenque ejus, laudesque
manebunt,

Hinc nunquam cessa Matri servire MARIÆ,
Impensum Officium, magno quæ fœnore
reddet.

a 3. Regum. *b* 1. Regum 25. *c* Iudic. 4.
d Esther 8. *e* Iudith. 42. *g* Iudith. 13. *f*
Luca, 1.

§. 32.

Precipit carnalium Appetituum mortificationem, & salutare sui odium.

Si secundum carnem vivetis, moriemini,
autem Spiritu facta carnis mortificaveritis,
vivetis, Rom 8. v. 13.

a **C**orporis atque animi, vitiosos compime motus.

b Et, quæcunque facis, rationis subijce freno,
Nec victus cedas, quantum vis urgeat hostis,
Ne malefuada Caro, Sathanas, Mundusve
triumphent,

c Molliter haud tracta, nimium nec dilige
corpus,

a Coloss 3. *b* Gen. 4. *c* 1. Corinth. 9.

a Spi-

a Spiritus at carni presit, vincatque rebellem,
Subtrahere ligna foco, nimium ne se exerat
ignis:

Præpedit interdum, sublata occasio factum
Ut puer, imbutus perversis moribus olim,
b Insultat, quæ non correxit crimina, Matri,
Nec verba, aut virgas, posthac nec verbera
curat,

Vtque Equus indomitus, præceps evadit &
asper:

c Sic assueta caro vitiis, quæ fræna recusat,
d Ad mala proclivis, proprio quasi pondere
vergit

e Ast revocare gradum, pravos deponere
mores,

f Hoc opus, hîc labor est, si consuetudo ma-
lorum

g Prævaleat, magno quæ devincenda labo-
re est,

h Quo vix utilior, nullus præstantior illo est,

i Hoc nō Divitiæ, vanive parantur honores,

k Quos mundus quærit; sunt ejus proemia
Cælum,

Quem bene si sapias, nunquam perferre re-
cusa: Est.

a Rom 8. b Eccl. 30. c Gen. 6. d Psalm.

8. & 37. e Ephes. 6. f Roma 6. g ibidem

h Eccles. 71. Corinth 9. i Psal. 68. k Ag

roc. 14.

a Est labor hic dulcis, susceptus corde volenti,

b At gravis invito, peccati aut pondere onusto

Si servus dominetur Hero, præposterus ordo est,

Sic, si cæca caro, victa ratione gubernet.

c Infer vim vitiiis, illis impone capistrum

Sic prudens mercator eris, qui lucra reportat

Mercibus exiguis, quæ non perdentur in undis:

Si durum nimis apparet, quod suadeo, bellum,

Perversâ quod semper erit cum carne gerendum?

d Cunctos mortales noris ad prælia natos

e Non vero ad requiem, semper namque excubat hostis:

f Vim Regnum Cæli patitur, fortissima quærit

g Pecciora, quæ hostiles possint superare phalanges:

Quod tibi profuso mercatus Sanguine Christus,

Tun speras facile, & sine pugna aut cæde lucrari?

a Psal. 118. & 127. *b* 1. Corinth. 15. *c* 1. Corinth. 9. *d* Job. 7. 2. Corinth. 10. & 14. *e* 1. Pet. 5. *f* Matth. 11. *g* Marc. 10. Galat. 4.

a Sic Christo, sanctisque fores felicior ipsis,
b Qui variis, illud meruere acquirere pugnis.

§. 33.

*Suadet externorum sensuum, linguaque custodia-
diam.*

Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam
in lingua mea. *Psal. 38. v. 1.*

Si quis autem putat, se Religiosum esse, non
refrenans linguam suam, sed seducens cor
suum hujus vana est religio, *Iacobi 1. v. 26.*

c **E**Xterni sensus, sunt crebra occasio lap-
sus,

Ni vigil, & prudens, adsit custodia ubique:

d Claude, *oculos, Aures sepi, Linguamque re-
fræna,*

e Et noli *auditu, nec visu* admittere quidquã,
Aut *fari,* nisi, quod rationi consonat æquæ:

f Sunt spinis, claudendæ aures, dum lingua
proterva,

g Nequiter effutit, quæ aliis prolata noce-
bunt,

Quid sonus, alterius prodest deductus ab
ore?

Aëra percutiens, nullâ utilitate relicta

Infligens Animæ crudelia vulnera mortis.

a Præ-

a *Luc. 22.* b *Habr. 9.* c *Gen. 3. & 8.* d
Psal. 118. e *Psal. 38.* f *Eccl. 28.* g *Psal. 37.*